

2 Petr. II. v. 2. legunt editiones vulgares ταῖς ἀπολείαις, sed Bengel et Griesbach meliorem lectionem ἀσελγείαις in textum receperunt, rationibus ducti haud levibus. Superest enim in multis Codicibus eamque omnes antiquiores Versiones exhibent. Legimus in Alex. Vatic. Reg. 9. Basil. B. X. 20. Steph. d. 2. 1a Reg. 14. Coisl. 199. Coils. 25. Coisl. 200. Covell 2. 3. 4. Leicesfrienf. Lincoln 2. Nov. I. Petav. 3. in aliis 22. Legimus quoque in Codd. Mosquensibus m. g. k. a. l. c. e. f. d. ut probat *Cel. Matthaei*. Exprimunt versiones syra utraque, Aethiop. Arab. Armen. Copt. Vulg: *luxurias*. Habent Chrysoft., Hieronym. Oecumenius, cujus lectio autem dubia; Editiones Complut. Colinaei et Henr. Stephan. Sequentia etiam magis confirmant lectionem ἀσελγείαις. Etenim multi, qui nomine Christiano abutebantur, et ipsi voluptatibus foedis deditissimi, et alios pravis doctrinis corruptisque moribus pervertentes, unicam hanc et rectam Christianae religionis rationem maledicentiae ac infamiae exponebant. Pluralis ἀπόλεια minus est usitatus, Lectio ἀσελγείαις convenit cum loco parallelo ep. Iudae v. 4., falsi doctores, dicuntur τὴν τῆ Θεῆ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσελγείαν. Consentit quoque *Wetstenius* et *Pfaffius* de variantibus Nov. Test. p. 212. *Millius* contra receptam lectionem tuetur, quae tamen ex alliteratione ad v. l. et 3. orta videtur. B. Zachariae: viele werden sich zu ihren Ausschweifungen hinreißen lassen. *Seiler*, S. V, es werden ihnen viele in ihren frechen Schwelgereien nachfolgen. *Semlerus* in paraphrasi vulgarem lectionem retinet: non unius generis exitium sic experturi; in subijuncta tamen observatione ἀσελγείαις pro meliori declarat. Verba illa ita verto: *Multi eorum vitam luxuriosam s. impudentissimam libidinem sequentur.*

δι οὗς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας βλασφημηθήσεται, per quos religio Christiana infamatur. Eadem sententia est Rom. II. 24. I Tim. VI. 1. Tit. II. 5.

ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθ., religio Christiana. Act. XVI. v. 17. ὁδὸς σωτηρίας c. XVIII 25. ὁδὸς κυρίῃ, v. 26 ὁδὸς Θεῆ, et in aliis locis c. IX. v. 2 c. XIX. 9. 23. c. XXII 4. c. XXIV 14. Apud Herodot. l. I. est ψευδὴς ὁδὸς, mendacium, notante Raphaelio, et apud Pindar. Pyth. III. 184. ἀληθείας ὁδὸς, Wetstenio observante.

Permuli inter quos eminent *Michaelis* in der Einleitung cet Vol. II. p. 1193 sqq. in hoc capite II de Gnosticis, qui orientalem philosophiam cum religione Christiana conjunxerunt, sermonem esse, credunt; contradicente tamen *Tittmanno*, S. V. in